

6. Homm (das ist wille), ze. 1770. d. 1. Febr.
in d. d. ze. 5. May 1785. May V.

7. waldmaj. (Ze. andr.), ze. 1770. d. Febr. d. d. d. ze.
18. Febr. 1784. May II.

~~1541~~

~~V. 96. - 137~~

~~X. d. 1541 p. 199~~

~~G. 5~~

~~1137~~

102/11

131 -

I
SECUL

EXA
INTROI

ACT

GOTTLO

PR



HA



DE. SIGNIS.
SECULI. LITTERARUM.
AUREI.

PRAEFATUS.
EXAMEN. STEPHANEL.
INTRODUCTIONEM. SUAM.

ET.
ACTUM. ORATORIUM.
INDICIT.

GOTTLOB. NATHANAEL. FISCHER.

RECTOR. STEPHANEL. DESIGNATUS,

CUM.

PRORECTORE. ET. COLLEGIS.



HALBERSTADII. MDCCLXXXIII.



78 L 1144

AK

8/5 Nov 46

L57



78 L 11 44

AK

84 Nov 86

L57

REV

ECCLE

HA

PA

OMNI. P

EXIGUUM

GOT

REVERENDISSIMO. CAPITULO.
ECCLESIAE. CATHEDRALIS.
HALBERSTADIENSIS.

VIRIS. GENEROSISSIMIS.
PATRONISQUE. SUIS.
OMNI. HONORIS. ET. OBSEQUII. CULTU.
PROSEQUENDIS.

EXIGUUM. HOC. QUODCUMQUE. EST. LIBELLI.

D. D. D.

GOTTLOB. NATHANAEL. FISCHER.



REVERENDISSIMO
ECCLESIAE CATHOLICAE
HALLBERGSTRASSE
VIRI GENTILISSIMI
PATRONISQUE
OMNI HONORIS ET OBEDIENTIAE
PROFUNDISSIMA
BENIGNI HOC GENTILISSIMO
P. B. G.
OTTEO MIT FAMILIA





DE SIGNIS
SECVLI LITTERARVM AUREI.



Homini litterarum amanti, mea quidem sententia, nihil aequae curae esse debet, quam ut de *Patria*, in qua natus est, et de *Seculo*, in quo vivere ipsi contigit, recte iudicet. Perperam enim de his qui iudicat, aut bona, quae ad manus sunt, negliget, et aliunde petet, quae domi habere melius poterat, aut, mala inflatus superbia, domestica sola magni faciet, aliena quamvis praeclara contemnet, et fontes, unde veri honestique praecepta haurire potuisset, ipse sibi praecludet. Saepe igitur multumque his de rebus mecum cogitavi, ne, vanis opinionibus jactatus, aut ipse a recto cursu depellerer, aut juvenes meae disciplinae creditos in errorem mecum abriperem,

Cum autem viderem, esse quaedam aliarum gentium secula, quae communi omnium consensu praeclara

clara habeantur, *aureaque* ideo *secula*, nomine a poë-
tis repetito, vocari soleant: hinc omnem existimavi
totius rei instituendam quaestionem.

Laudatur apud Graecos *seculum Demosthenis*, cui
nec superiora, nec sequiora Graecorum, nec lauda-
tissima aliarum nationum tempora quidam comparari
posse censent. Huic tamen quam proxime accedere
dicitur apud Romanos *aetas Ciceronis*. Quam alii qui-
dem iique permulti *seculum Augusteum* nominari
malunt; minus vere tamen, ni fallor. Summi enim
illi in republica litteraria viri, qui Augusti *seculum*
scriptis suis nobilitarunt reliquiae potius superiorum
temporum videntur esse, quibus felicissima illa dicen-
di sentiendique libertate, maximam quisque ex litte-
ris gloriam in civitate comparare sibi poterat. —
Hisce veterum laudibus adjungunt quaedam recentio-
rum gentium *secula*. Et in Italia quidem praedi-
cantur *tempora Mediceorum*, qui litteras et artes diu
exules in sedes antiquas revocarunt. Nulla vero na-
tio Europaea magis gloriatur quam Gallia *seculo Ludovici
Decimi Quarti*, quod uberrimo virorum illustrium
proventu per universam omnino Europam inclaruit.
Neque vero Gallis Anglia cedit, maximeque Caroli
Secundi, aut *Miltoni tempore* potius sese effert.

Et vero excellentia scriptorum, qui seculis illis
vixerunt, negari nullo modo potest. Neque enim
aut utilitas aut voluptas ex illorum libris capienda
tempore minuitur. Sed annis plusquam centum,
quid autem dico centum? plusquam mille et bis
mille exactis, idem tamen eorum manet pretium.
Atque facile eos ab aliis distinguimus, qui his te-
rendis justam operam impenderunt. Didicisse fi-
deliter artes emollit mores, nec finit esse feros. Ex-
plican-

plicandis certe naturae rationibus, iudicii prudentia et firmitate, rerum verborumque copia, sermonis elegantia, scribendi facultate, subsidiisque ad communem rerum usum reperiendis, ii, qui a pueris seculorum illorum scriptores diligenter pertractarunt, facile alios superant. Eamque laudem cum Graeci et Romani, tum Itali, Galli, Angli a doctissimo et sapientissimo quoque maxime referunt. — Quae cum ita sint: tantum abest, ut temere aut fortuito id illis accidere posse putemus, ut potius in illis ipsis propriam quandam perpetuamque virtutem inesse intelligamus, unde omnes illae tantae tamque praeclarae utilitates velut e fonte suo deriventur.

Quid igitur? fatisne habebimus, si hanc illorum praestantiam quasi vim quandam occultam et incognitam admiremur? An vero, si fieri potest, quamquam aliorum temporum scriptores aliis tantopere antecellant, explicare tentabimus? Ego vero illud tentandum existimo. Tum demum enim vera existit et iusta admiratio, cum ejus causas exponere possumus. Atque neminem profecto magis quam litterarum cultores decet, iudicii sui rationem posse reddere; ne, plebeculae obstupefactae similes, speciem aliquam magnitudinis aut excellentiae admirentur, quae, propius inspecta, evanescat, et redigatur in nihilum.

Omne verum autem certis signis agnoscitur. Quod si igitur praestantia illa non est vanum aliquid et imaginarium: nemo dubitabit, quin et illa ipsa suis quibusdam signis agnosci et demonstrari possit. Haec igitur, ex familiaritate aliqua cum hisce scriptoribus contracta, studui explicare; quidque mihi de hac
re

re videatur, brevi hac scriptiuncula exponere de-
cevi. *

Atque primum quidem signum praestantiae, cujus
causa hi scriptores tantopere laudantur, illud mihi esse
videtur: *Quod omnibus in rebus naturam ducem sequun-
tur.* Quid vero est: Naturam sequi? Multos enim
esse scio, qui, cum dici naturam audiunt, nil nisi
lapides, et vermiculos, ad summum arbores et bestias
significari putant. Quae quidem naturae notio ni-
mium arctis limitibus est circumscripta. Etsi enim
hoc verbo illa ipsa simul complectimur: majus ta-
men quiddam est natura, et multo latius patet. Quid-
quid enim usquam est, quaecumque videmus et au-
dimus et sentimus, omnia natura rerum comprehen-
duntur. Huc igitur primum referamus oportet omne
hoc, quod intuemur, totius mundi universam; ter-
ram deinde maxime, humani generis domicilium,
et quaecumque illa continet; humanam igitur ante
omnia naturam, et quaecumque cum illa conjuncta
sunt, tum vero reliqua omnia sive animantia sive in-
animata. Naturam ergo cum sequi jubemur, nihil
profe-

* Nihil jucundius mihi accidere poterat, quam quod, cum id
ipsum agerem, Eberhardi V. Cl., Professoris Halensis, *Ora-
tio de signis nationis excultae*, quam praesente Duce Würtem-
bergenfi, cum per Halam nuper iter faceret, habuit, in ma-
nus mihi incidit. Etsi enim paulo diversum est ab illius con-
silio nostrum: quibusdam in rebus tamen laetabar admodum,
quae ipse cogitasset, eadem summi nominis philosopho pla-
cuisse. Tria enim ille signa facit: 1) *Si qua in natione omnia
litterarum genera colantur.* 2) *Si scientiae solidiori humanitas
jungatur et elegantia.* 3) *Si fructus litterarum ad quampluri-
mos redundant.* Quae quomodo cum nostris vel convenient,
vel ab iis recedant, facile est ex comparatione ipsa judicare.

profecto praecipitur aliud, nisi ut ipso adspectu et sensu, quacumque licet, rerum cognitionem nobis paremus, continuaque observatione et notatione naturae veras rerum notiones undequaque colligamus; deinde vero his convenienter judicemus et apte concludamus, quidcumque ex visis et repertis, studiose inter se comparatis, consequi videatur. Adeoque illa ipsa ad naturae notionem referre nullus dubitem, quae his consentanea de natura animi humani deque ipsa natura divina sentimus. Eamque cognoscendi et judicandi rationem maxime veteres secutos ii facile intelligent, qui non verborum modo, (quamvis ea ipsa sint diligenter notanda,) sed rerum causa libros illorum evolverint. Neque enim Homerus aut Pindarus, quae cecinerunt, canere, neque Socrates, quae discipuli ejus doctissimis libris comprehensa nobis reliquerunt, disputare, neque Thucydides aut Caesar, quae de rebus exposuere bellicis, tam vere et explanate perscribere potuissent, nisi ea, quae tradiderunt, ipsi suis oculis vidissent, ipsi in hominum coetibus versati essent, rebusque gerendis ipsi interfuissent. Aristoteles, munificentia regis Alexandri adjutus, plusquam sexcenta thalerorum millia impendit ad ea colligenda, quae historiae animalium ab ipso scribendae inservirent. Apparet igitur istorum hominum libros legenti, quae docent, non in cubiculo aut lectulo excogitata, aut ex solis libris et aliorum sermonibus excerpta esse posse, sed ex ipsius naturae intuitu, plenaque rerum praesentium cognitione hausta. Inde fit, ut Hippocratem pariter ac naturam consulant medici: Romanorum leges autem tantam auctoritatem consecuti fuerint, ut, Romanorum imperio dudum extincto, jurisconsulti multa tamen

tamen per secula melius quidquam excogitari posse desperarent; etsi eo ipso, quod suis temporibus aptissimae leges illae fuerant, necesse erat accidere, ut aliis saepe regionibus et seculis minime convenirent. Aurei seculi igitur erat, illas praesentem in usum rerum invenire: barbari, quod olim optima fuerant, omnibus temporibus apta putare. Sed satis de hoc dictum arbitror; ut, quae mea mens sit, recte intelligi possit.

Alterum deinde signum seculi litterarum gloria praestantis, mea sententia, hoc est: Si quando in natione aliqua omnia doctrinarum et disciplinarum genera excoluntur; id est, si bonarum litterarum et artium studia *omnes naturae partes amplectuntur*. Quae-libet enim scientia nihil aliud nisi partem aliquam naturae accuratius expositam continet. Quidquid enim naturae fundamentis superstructum non est, scientiae nomen haud meretur, atque ad vana precariarum opinionum commenta relegandum est. Opinionum siquidem commenta pereunt: naturae veritas manet. Scientia autem, nisi quod stabile est et sempiternum, dici non potest. Constant vero sibi et firma et divina sunt, quaecumque in universa rerum natura vere reperiuntur. Horum autem nihil a nobis negligi debet, quantum sensu et ratione complecti valemus. Nihil enim est in omni natura se-junctum aut divulsam ab omnibus aliis rebus; sed omnia inter se implicita sunt et cohaerent. Est enim profecto in omnibus rebus aliquid, unde profecta sint, et quo referantur; est aliquid, quo sustineantur, aut quod ipsae sustineant; neque quidquam vel minimum, quodque nobis neglectissimum videtur, solitarium omnino est et a reliquis rebus omnibus se-para-

paratum. *) Quare nihil usquam est, quod solum per se satis intelligi possit, nisi cognitione rerum ad-junctarum et similium accedente. Quo quidem ne-cessario intelligitur fieri, ut non nisi tum litterae flo-reant, cum discendarum rerum nihil negligitur, om-nesque naturae et scientiae humanae partes pervesti-gantur. **) Quanta quamque multa et varia ea sunt, quae magnum et perfectum efficiunt oratorem; quae nemo melius Cicerone nostro exposuit aut ex-ponere potuit. Tempus fuit, quo oratores Ciceronis similes Roma nondum habebat; aliud autem tempus, quo non amplius Romae reperiebantur. Quod unde factum dicamus, nisi quod uno illo felici litterarum seculo omnibus, quae ad ingenium oratoris fingendum confirmandumque requiruntur, subsidiis uti licebat. Tum demum ergo singula quaevis litterarum genera ad perfectionis fastigium evehuntur, cum omnia reli-
 B 2 qua

*) Non igitur iniqui, sed stulti hominis est, (quod saepe tamen fieri videmus,) si quis aliorum studia, et diversa ab illis, quibus ipse animum suum excoluisse se profitetur, litterarum genera aut ridet aut contemnit.

**) Facile quisque mihi crediderit affirmanti, non illud meum consilium esse, ut praeterita illa Polyhistorum et Pan-sophorum tempora restitui optem. Ii enim ipsi, quod parum docti erant, Pan-sophi sibi videbantur. Fuit quispiam in Italia, nec satis memini, utrum Patavii an Ticini, qui seculo XVI. omne scibile 127 propositionibus comprehenderat, virosque eruditos ad eas disceptandas invitabat. Hujuscemodi Pan-sophis in re- publica litteratorum facile caremus. — Quod seculi aurei est, eo redit, ut alii alias litterarum partes excolant; unde quivis fumere possit, quod ad suam disciplinam perficiendam facere videatur: deinde, ut, commoda ratione litterarum tractan-darum reperta, quilibet veri studiosus cujuscumque disciplinae summam et finem facilius queat perspicere.

qua excoluntur simul, et una doctrina alterius ope explanatur, emendatur, confirmatur. Idque omnibus illis seculis, quae paulo ante recensui, factum esse videmus.

Cum illa naturae investigandae litterarumque omnium et disciplinarum colendarum ratione *libertas sentiendi scribendique* semper conjuncta fuit. Quod quidem tertium est signum. Libertas autem illa nihil est, nisi ut cuique liceat, quae in rerum natura operibusque divinis observasse sibi visus est, quaeque ex his consequi existimat, ea in publicam lucem proferre, et cum civibus suis communicare. Neque quisquam hoc loco vereatur, fore sic, ut errores multi, ex levitate hominum nata, in vulgus dimanent. Historia enim omnium gentium innumeris exemplis nos docet, nullis omnino temporibus crassiores errores et periculosiores per humanum genus regnasse, quam iis ipsis, ubi summa cum severitate hominum lingua et calamus certis quibusdam formulis adstringebantur, quas ultra progredi nefas erat. Contra ea, quidquid veri rectique in quibuscumque ingenii humani monumentis reperimus, id omne ab his profectum intelligimus, qui beata illa sentiendi scribendique libertate aut fruebantur, aut eam primum statuebant, civibusque suis, si quando injuria temporum ablata erat, recuperabant. Etsi enim fieri potest, ut ille, qui primus aliquid sibi vidisse visus est, quod adhuc aut plane incognitum, aut aliter creditum fuit, in errore versetur: nos tamen, toties eventu jam perdocti, fateri debemus, saepissime, quod initio in erroribus numerabatur, cum primum in lucem esset prolatum, paulo post verum et verissimum esse reperi-
tum. Quis enim nescit, piaculum aliquando fuisse,
fi

si quis terram globum crederet, ab omnibus partibus habitabilem; adeoque nobis antipodas tribueret? si porro eandem circa solem moveri demonstraret? Nulla fere est veritas, quin idem fatum habuerit; et parum saepe abfuit, quin humano generi eriperetur, si res eorum iudicio stetit, qui contrarium errorem pro veritate amplexi fuerant. Omnibus igitur illis seculis, quae aureorum nomine ornamus, viros sapientes ea vincula, quibus in vero cognoscendo animus humanus impeditur aut retardatur, a cervicibus rejecisse videmus. Atque eo modo veritas, etsi primum errore mixta saepe comparuerit, tandem cognita est tamen, et vicit. Studio enim hominum semel excitato, compluribusque eandem rem agentibus, alius aliud vidit, quod in re proposita vel verum vel falsum esset. At enim vero numquam omnino humanum genus eo veritatis perventurum erat, nisi primo cuique licuisset, suum vel errorem vel veritatem errore mixtam omnibus proponere. Quo factum est, ut et illorum in manus res perveniret, qui vel ingenio vel arte satis instructi, sejungendo falsum a vero, bene de universo mortalium genere mererentur. Quodvis enim verum, scientiae nostrae additum, in lucro ponendum est, et grato animo accipiendum. Quas autem res cautiones habeat, a principibus et magistratibus tenendas, nec hujus loci est dicere, et longius a proposito fine nos abduceret. Superfunt enim signa quaedam, iis, quae indicavimus, haud leviora.

Illud vero, quod proximum ordine videtur referri debere, rem aureo seculo dignam esse quisque nullo negotio sibi persuaserit. Exstiterunt omnibus illis, quae laudavimus, temporibus viri sapientes, qui ea

maxime, quae salutaria mortalibus essent, et ad communem hominum utilitatem spectarent, eruerent et in lucem proferrent; rejectis iis, quae non nisi subtilitatis laudem habent, aut ostentationi soli inserviunt, aut casu modo et imperitae multitudinis usu invaluere. Barbarorum enim seculorum hic mos est, ut, quae semel arripuerunt, etiamsi sine ulla probabili ratione, ea teneant, omnibusque, sive salutaria, sive noxia sint, temere obtrudunt. Naturae quippe ubi nulla cognitio est, ibi profecto, quid rei non satis cognitae utile sit, quid non, judicari non potest. In ipsa rerum natura nihil quidem inutile est, sed omnia certum quendam ad finem ipsis propositum feruntur. Alia res tamen alia utilior est; tum vero et melius, perpetua licet adhibita animi attentione, usum unius quam alterius perspiciamus. Iam vero ex his, quid viro sapienti praeferendum sit, apparet. Qui quidem, naturam ipsam diligentius investigans, non modo plurimarum rerum usum cognoscit, verum etiam, duce Deo et natura, eam mentem animumque suscipit, ut nihil velit facere, quod non aliqua certe ex parte utile sit, suamque vitam quamplurimis esse salutarem cupiat. Posthabitis igitur omnibus, quae minus utilia sunt, ea maxime amat, quorum utilitatem perspectam habet, quaeque humano generi profutura intelligit. Socratis illa laus est, philosophiam e caelo in coetus hominum devocasse. Cicero autem eos pudere jubet, si qui ita se litteris abdiderint, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adspectum lucemque proferre. Quae quidem res cum facillima sit perspectu, diutius in illa exponenda non moror.

Iam

Iam vero venio ad aliud, quod ego quidem certissimum aurei litterarum seculi signum dicere auctissimum; quodque rectius fortasse a principio posuissim, nisi ea ipsa, quae posui ante, *linguae vernaculae perscrutandae* viam munivisse viderentur. Quamquam vix dici potest, quid in his rebus prius, quid posterius sit; alterius sic altera postulat opem res et conjurat amice. Litterae enim et lingua populi, id est, scientia rerum et verba his rebus designandis inventa, pari passu ambulant. Lingua autem vernacula cur excelsa esse debeat, ut litterarum gloria populus excellat, hinc omnino intelligitur. Cum animi interprete lingua utamur: nullo sane melius animi sensu exprimere poterimus modo, quam eo, quo a teneris illa interpretari consuevimus, id est, lingua vernacula. Hujus verba cum ipso velut matris lacte combibimus; cum prima rerum observatione, quae in pueris vividissima esse solet, discimus; deinde toties totiesque audimus, ut animo penitus imprimantur, et ad omnem usum praesentissima sint; tam multifariam denique conjuncta quotidianis sermonibus eadem percipimus, ut, quomodocumque postulet linguae ratio, collocare, et singulorum verborum vix nobis conscii, quaevis tamen suo loco ponere possimus. Peregrina igitur lingua, quam vel ratione et disciplina, vel parciore ex usu didicimus, etiamsi per se melior et excultior sit, quam nostra; nobis tamen, quibus domestica haud est, ad intimos animi sensus exprimendos, et plena in luce collocandos, non potest non imperfectius esse instrumentum. Quamobrem homini, aliena lingua scribenti, semper excusatione erit utendum Auli cujusdam Albini, qui res Romanas oratione Graeca scriptitaverat. *) Is in historiae prin-

*) Corn. Nep. in fragm. e libro de illustribus viris. *Scripturandi autem*

principio scripserat ad hanc sententiam : " Neminem
 " succensere sibi convenire, si quid in his libris pa-
 " rum compositae aut minus eleganter scriptum
 " foret. Nam sum, inquit, homo Romanus, natus
 " in Latio : oratio Graeca a nobis alienissima." Ideo-
 que veniam gratiamque male existimatio-
 nis, si quid esset erratum, postulavit. Ea
 cum legisset M. Cato : " Nae tu, inquit, Aule, ni-
 " mium nugator es, cum maluisti culpam depre-
 " cari, quam culpa vacare." etc. Haec Nepos. In-
 telligere autem profecto debemus, culpam illam tan-
 to majorem esse, si quis eam patriam linguam habe-
 at, quae aut par sit alteri, aut ipsius opera, cum ali-
 orum studiis conjuncta, eo perfectionis evehi pos-
 sit — Quenam autem lingua perfectionis laude
 digna sit? jam inquirendum est. Atque mihi qui-
 dem ea *lingua perfecta* dici jure videtur, quae primum
 tanta *copia verborum et formarum dicendi* instructa est,
 ut, quidquid dicendum scribendumve sit, id omne
 possit ipsa ex suis opibus sumere. *Omnibus igitur lit-*
teris et doctrinis tractandis apta esse debet; ut nullius
 conditionis homines ad externos confugere necesse ha-
 beant, eorumque lingua ad suam artem aut discipli-
 nam exponendam uti cogantur. *Flexibilis* porro sit *ad*
omne scribendi genus, sive poeticum illud, sive oratori-
 um, sive historicum, sive philosophicum sit; sive
 sublime, sive floridum, sive tenue; sive *severum*,
 sive *jocosum*. Sicut cera omnibus formis et coloribus
 artificis in manu accipiendis idonea est; ita lingua,
 viri docti et eloquentis labore tractata, mollissima ad
 usum, et ad nutum paratissima esse debet. *Abunda-*
bit

autem verbum, quo Nepos utitur, rei quam convenientissi-
 mum esse videtur.

bit igitur illa seculi aurei lingua *verbis* tum *propriis* ad docendum, demonstrandum, explicandum, definiendum, tum *impropriis* ad ornandum, amplificandum, exhilarandum. Per omnem autem dictionem, si quos illorum temporum scriptores legimus, *veritas quaedam et simplicitas* diffusa erit, ex familiaritate cum ipsa illa perpetua naturae veritate et simplicitate nata. *Ars ipsa*, sive poëtae, sive oratoris, nihil nisi *naturae imitatrix*, tum demum fastigium attigisse sibi videbitur, si ipsa latet; ut non nisi naturae ipsius vocem videamur percipere. Nihilo minus tamen omnia, eaque ipsa, quae in minimis habentur, cura et *elaboratione perfecta* et elimata erunt. Quod enim per se minimum est, loco et tempore maximi saepe momenti esse cernitur. Idque praecipue in lingua delectu, forma, mutatione, collocatione et compositione verborum valet. Quapropter aetatis aureae laudem si quis scriptor comparare cupiat sibi: nihil negligat oportet, omnia ponderet, nullum verbum, nullam syllabam, nullam litteram, quantum fieri potest, sine causa ponat. Neque tamen parvum quidquam magnum esse putet, aut in eo solo aut maxime moretur; huiusmodi enim minutiarum captatores nihil praeclarum aut sublime sentire solent: sed videat modo, ne ex ignorantia nugarum *) in mala seria incidat; et neglecta rerum exiguarum cura fastidium lectori creet. In optimo quoque scriptore igitur, haud aliter atque in ipsa rerum natura, omnia decet esse sic accurata

*) — — — Nec dicet: Cur ego amicum
 Offendam in nugis? *Hae nugae seria ducent*
In mala, derisionem semel exceptumque sinistre!

HOR. Art. Poet. v. 450.

et cogitata, ut in singulis quibusque particulis, quas tu dissolveris, aliquid reperiatur, quod attentione animi dignum sit. — Atque has quidem in omnibus illis, quae commemoravi, et veterum et recentiorum gentium aureis litterarum seculis, *virtutes linguae patriae, multorum studiis ac vigiliis diligentissime excultae*, revera apparere, quivis sane concesserit, qui *classici illorum temporum scriptoribus* legendis delectatus, oblectationis hujus causas paulo altius investigare studuit.

Postremo denique, quod quidem ex superioribus consequi necesse est, *humanitas et melior quam plurimarum rerum cognitio per universam nationem diffunditur*. Fieri enim non potest, ubi litterae vernacula lingua tractari coeperunt, quin plures discendi cupiditate inflamentur. Ita sensim, quae primum paucorum bona erant, communicantur cum multis; et naturae cognitio, quae unumquemque hominem mirum quantum allicit, varia rerum utilium scientia, sapientiae morumque praecepta, et sermonis elegantia divulgantur.

Atque his quidem ex signis, nisi omnia me fallunt, aurea illa Graecorum, Romanorum, Italorum, Gallorum et Anglorum secula censenda sunt.

Quaeret jam a nobis aliquis, quid de Germania nostra sentiamus? Huic ego breviter respondeo, neglecta illa, quam nostris hominibus propriam esse dicunt et quasi domesticam virtutem, modestia: Gloriarum me Germania mea, nec in minimis reputare bonis, quae mihi contigerunt, quod hoc seculo natus sum. Quod si quis gravetur aureum seculum vocare: non ego illum quidem conabor ad meam perducere sententiam. At mihi tamen concedat, ut signa ista

ista aurei seculi in illo agnoscere videar. Atque hic tamen ulterius non progrediar, et finem scriptiunculae faciam; ut juvenibus, jamjam curae et institutioni meae tradendis, aliquid ad judicandum et discipandum relinquam. Vos igitur, suavissimi juvenes, Germaniam vestram, in qua et cui nati estis, cum Graecis et Romanis, quorum optimos quoscumque scriptores in manibus habetis, comparate. Si qua in re patriam illis inferiorem reperietis: vosmet ipsos hunc in finem natos putatote, ut aliquando reipublicae litterariae dignitati et ornamento sitis. Sin illam, et veterum laudibus et recentiorum, plurimis rebus parem, quibusdam superiorem videbitis: tum vero mature patriam illam vestram amare discite! Libros autem, per omnia illa, quae nominavi, aurea secula conscriptos, ex Horatii nostri consilio, diurna nocturnaue manu versate! Hisce ex fontibus verae laudis gustum, bene beateque vivendi praecepta, judicandi prudentiam, orationis puritatem, copiam, venustatem, urbanitatem haurite! Tum vero fieri non poterit, dilectissimi, quin vobismet ipsis felices esse videamini, quibus inde a prima juventute omnes omnium gentium et seculorum thesauri litterarum panduntur! quibus jam nunc cum optimis quibus, cumque et sapientissimis viris, qui per universum hominum genus omnibus in nationibus et seculis dispersi vixerunt, familiaritatem conciliare datur! quibus denique contigit, ut in ea patria nasceremini, quae vobis domestica laudum et virtutum et omnium praeclararum rerum exempla proponit; eo autem seculo, quod mirabitur aliquando posteritas, et nobis, qui illo viximus, (nisi animus fallit augurem,) invidebit.

Quid vero haec omnia ad *Programma Scholasticum*? Multum sane, si quid veri video. Neque enim facile quisquam ratione et disciplina juvenum studia rexerit, iisque ad veram vitae insistendam viam dux aut comes profuerit, nisi qui, patriae seculique sui sive commodis sive incommodis perspectis, quid horum sequendum fugiendumve sit, recte docere possit.

Mihi vero semper, ut cui maxime curae cordique erit, idque PATRONIS FAUTORIBUSQUE SCHOLAE NOSTRAE REVERENDISSIMIS de me promittere possum, ut quidquid commodi ad fingendos expoliendosque juvenum animos mea tempora mihi tribuere videantur, id ego, ex D. Pauli consilio, *dijudicem, et, quod bonum reperero, teneam.* Quanta illius, quae mihi jam traditur, Spartaee sit dignitas, ex usu multorum annorum ipse satis cognitum compertumque habeo. Iam vero etiam illud quam maxime laetor, quod in ea Schola, quam nunc suscipio, praedeceffor mihi contigerit, quem aut superare aut aequiparare difficillimum sit. Quis enim STRUENSEEI NOSTRI solidam eruditionem, variam et multiplicem scientiam, sanctissimam virtutem, et pietatem, prudentiam longo usu confirmatam, et incredibilem illam animi alacritatem Halberstadio ereptam non doluit? At vero, Deo quidem adjuvante, nec nostram tamen speramus opellam reipublicae inutilem fore; eum illos praefertim COLLEGAS mihi dari videam, qui, perpetua Viri illius consuetudine conformati, doctrina liberalissima, indefesso studio, et ardore quodam admirabili juvenum studiis inserviendi, omnibus jam commendatissimi sunt.

LECTIONS - KATALOGUS

DER
DREY OBERN KLASSEN DER DOMSCHULE
FÜR DAS
SOMMERHALBEJAHR
MDCCLXXXIII.

VORMITTAGS.

Von 7 bis 8 Uhr, hat

In *Prima* Rector D u. ♂ Theologie (nach Lat. Dicta-
tis); ♀ u. ♀ Naturgeschichte (nach Büfching);
♀ u. ♂ Logik (nach Ernesti).

In *Secunda* Hr. Ebeling D u. ♂ Theologie; ♀ u. ♀ Ein-
leitung in die Bibl. Bücher (beydes nach Dicta-
tis); ♀ u. ♂ Röm. Alterthümer (nach Nieuport.)

In *Tertia* D u. ♂ Hr. Gran Theologie; ♀ Hr. Prorektor
Nachtigal Bibl. Geschichte, u. ♀ Naturgeschich-
te; ♀ Hr. Schlegel Religionsgeschichte u. ♂ Un-
terredungsstunde.

Von 8 bis 9 Uhr. Lateinisch.

I. Reet. den Horaz; II. Hr. ProR. den Caesar; III. Hr.
Schlegel die Selecta Capita. (Ein paar Stunden
davon

davon werden in jeder Klasse wöchentlich zu
Lat. Ausarbeitungen angewandt.)

Von 10 bis 11 Uhr.

- I. D u. ♂ Rect. Deutsche Ausarbeitungen ; ♀ - ♂ Hr.
ProR. Lat. (Fortsetzung von Cicero's Verrini-
schen Reden.)
- II. Hr. Bastian D u. ♂ Deutsch ; ♀ - ♀ Erasmi Collo-
quia ; ♂ Ovid und Prosodie.
- III. D u. ♂ Hr. Gran Deutsch ; ♀ u. ♀ Rector, Phae-
dri Fabeln ; ♀ u. ♂ Hr. Gran die Selecta Capita.

Von 11 bis 12 Uhr.

- I. D - ♀ Ebräisch ; D u. ♂ Hr. ProR. (Fortsetzung der
Hist. Büch.) ♀ u. ♀ Rect. (Erkl. des Iesaias) ;
♀ u. ♂ Rect. Mathematik.
- II. D - ♀ Hr. Bastian, Ebr. Chrestomathie ; ♀ u. ♂
Hr. Ebeling Math.
- III. D u. ♂ Hr. Schlegel, Ebr. Chrest. ; ♀ u. ♀ Hr.
Gran Kalligraphie ; ♀ u. ♂ Hr. ProR. Rechnen.
(Unter dem Ebr. liest Hr. Ebeling D - ♀ mit
Einigen aus I u. II, die kein Ebr. lernen, La vie
des Princes illustres ; u. Hr. Gran D u. ♂ mit de-
nen aus III. das kleine Französische Lesebuch.)

NACH.

NACHMITTAGS.

Von 1 bis 2 Uhr.

- I. Hr. Ebeling ♂ u. ♂. Neue Geschichte (nach Schröckh); ♀ u. ♀ Geographie.
- II. Hr. Bastian ♂ u. ♂ Alte Geschichte (nach Schröckh); ♀ u. ♀ Alte Geographie.
- III. Hr. Gran ♂ u. ♂ Einleitung in die Geschichte (nach Schröckh); ♀ u. ♀ Geographie.

Von 2 bis 3 Uhr. Griechisch.

- I. Hr. ProR. Homer. (Endigt die Odysee, mit dem XIX bis XXIV Gefang.)
- II. Rector. Aesopi Fabeln und N. Test.
- III. Hr. Bastian, Grammatik und N. Test.
(Unter dem Griechischen liest Hr. Schlegel mit den übrigen aus I. u. II. den Sallust; Hr. Gran mit denen aus III. die Selecta Capita.)

Von 3 bis 4 Uhr. Französisch.

- I. Rect. Hrn. Villaume's Histoire de l'Homme, und Pohlmanns Recueil de Poësies Françaises.
- II. Hr. Ebeling, la vie des Princes illustres.
- III. Hr. Schlegel, das kleine Französische Lesebuch.

Mit

Mit Bekanntmachung dieses Lecti-
ons - Katalogi denk' ich, so Gott will,
von halbem Jahr zu halbem Jahr
fortzufahren; damit so wohl unfre
Vorgesetzten, als die Eltern unfrer
Zöglinge, in den Stand gesetzt
werden, unfre Arbeiten und Absichten
einigermaassen zu übersehen und zu
beurtheilen.



ZWEYTER ANHANG.

EXAMEN, EINFÜHRUNG
UND ACTUS
BETREFFEND.

I.
EXAMEN.

Mont. d. 7. April, Vorm. v. 8-12 Uhr, in *Quinta*,
Quarta und *Tertia*.

— Nachm. v. 2-5 Uhr, in *Secunda*.

Dienst. d. 8. April, Nachm. v. 2-5 Uhr, in *Prima*.

II.
EINFÜHRUNG.

Mittw. d. 9. April, Vorm. um 9 Uhr, wird, in Gegenwart der ernannten *Comission* eines Hochwürdigsten *Domkapitels*, und durch eine Rede Sr. Hochwürden, des Hrn. *Konfistorialrath Weisbeck*, zuerst der *Rector* eingeführt. Zugleich wird, bey dieser Gelegenheit, (da beyde noch nicht öffentlich vorgestellt worden sind,) so wohl *Hr. Schlegel* introducirt, als auch *Hr. Gran* der Schule vorgestellt werden. Hierauf werden noch, theils der *Rector*, theils einige Lehrer, theils Einer von den Schülern, kurze Reden halten.

III.

III.
ACTUS.

Donnerstags, den 10 April, Nachm. um
2 Uhr.

- 1.) I. G. Seiler, aus dem Halberstädtischen, (aus der I. Ordnung,) bittet um geneigtes Gehör, und redet dann vom Werth der Einsamkeit. Deutsch.
- 2.) I. G. Dieck, aus dem Halberstädtischen, (I.) besingt *die letzten Stunden des sel. Raths Struensee*. In Deutschen Hexametern.
- 3.) I. C. Schaefer, aus dem Magdeburgischen, (I.) zeigt, man müsse mehr für den Geist, als für den Körper sorgen. Lat.
- 4.) I. A. L. Braunbehrens, aus Halberstadt. (I.) Vom Werth der Standhaftigkeit. D.
- 5.) C. F. Clauswitz, aus Cöthen, I. H. W. Lehmann, aus Halberstadt, D. L. Fischer, aus dem Halberstädtischen, (II.) und I. C. Otto, aus Magdeburg, (III.) unterreden sich über die Furchtsamkeit.
- 6.) I. F. Besser, aus Halberstadt, (III.) recitirt eine allegorische Erzählung, die Wolken.
- 7.) F. L. Kirchner, aus dem Berenburgischen. (III.) Vom Horatius Cocles.
- 8.) C. Brauns, aus dem Magdeburgischen, (I.) Kempfenfelds 'Tod. D. V.
- 9.) C. D. Kollmeister, aus dem Magdeburgischen, (I.) schildert das alte Deutschland, und vergleicht es mit dem gegenwärtigen. D. Prose.
- 10.) H. F. C. Delius, aus dem Halberstädtischen, (II.) besingt ein spanisches Stiergefecht. D. V.

11.) I. F.

- 11.) I. F. Niemann, aus dem Dessauischen. (I.) über den Nutzen der Physik. D. P.
- 12.) G. F. Gompf, aus Halberstadt, (II.) G. A. Rauschard, aus Quedlinburg, (III.), F. G. Bellers, aus Halberstadt, und A. C. F. Florer, aus Halberstadt, (II.) unterreden sich über den Kalender-Aberglauben.
- 13.) C. H. Gericke, aus dem Halberstädtischen, (I.) zeigt, wir sind zur Freude geschaffen. D. P.
- 14.) C. F. Beyer, aus dem Halberstädtischen. (II.) Hymne an die Erde.
- 15.) I. G. E. Maafs, aus dem Halberstädtischen. (I.) Nifus und Euryalus Tod, nach dem Virgil. Deutsche Hexameter.
- 16.) I. C. Bröer, aus Halberstadt, (I.) zeigt den Nutzen wohl angewandter Schuljahre.

Freytags, den 11. April, Nachm.
um 2 Uhr.

- 1.) H. C. Beyer, aus dem Halberstädtischen. (II.) Bewillkommung des Frühlings. Nach Kleist.
- 2.) I. F. Niemann, aus dem Dessauischen, (I.) besingt die Spiegelschen Berge. D. V.
- 3.) A. F. Thormeyer, aus Oschersleben, (I.) erzählt eine Morgenländische Geschichte, zum Beweis des Satzes: Keine Lebensart ist gut, wenn wir darin andern nicht nützen.
- 4.) H. C. Haschke, aus Halberstadt, C. G. Blume, aus Halberstadt, und I. C. Girschner, aus Halberstadt, (III.) unterreden sich über die Wahl einer Lebensart.

5.) C.


- 5.) C. G. Nolte, aus dem Magdeburgischen, (I.) besingt die edle Entschlossenheit des Woltemade, eines Landmanns auf dem Vorgebürge der Guten Hofnung. D. V.
- 6.) I. C. W. Lehmann, aus Halberstadt. (I.) Der Kampf des Hercules und Kakus. Eine Romanze, nach dem Virgil.
- 7.) P. H. E. Urfinus, aus dem Magdeburgischen. (II.) Die Romanenhelden. D. V.
- 8.) H. F. Michels, aus dem Halberstädtischen. (I.) Ueber Empfindsamkeit und Empfindeley. D. P.
- 9.) D. E. Ignatius, aus Liefland. (I.) Alexanders Sieg über den Darius bey Arbela. D. V.
- 10.) N. Pourroy, aus Halberstadt, (I.) redet von Peter dem Großen. Französisch.
- 11.) I. C. M. Reinecke, aus Halberstadt. (II.) Die Zerstörung der Stadt Gibraltar durch die Spanier. D. V.
- 12.) C. I. Windel, aus Halberstadt. (II.) Die Zerstörung der schwimmenden Batterien. D. V.
- 13.) F. H. Overbeck, aus dem Magdeburgischen. (I.) Vom Nutzen, den das Reisen haben kann. D. P.
- 14.) I. F. Müller, aus der Prignitz, (I.) schildert, auf Veranlassung des neulichen Schicksals von Messina, Lissabons Verwüstung durchs Erdbeben. D. V.
- 15.) I. G. Zahn, aus Halberstadt, (I.) zeigt: Es sey Wohlthat, daß uns Gott die Zukunft verhüllt hat; und nimmt Abschied.



78 L 1144

● (X 260 99 70)





DE. SIGNIS.
SECVLI. LITTERARVM.
AUREI.

PRAEFATVS.
EXAMEN. STEPHANEL.
INTRODUCTIONEM. SVAM.
ET.
ACTVM. ORATORIUM.
INDICIT.

GOTTLOB. NATHANAEL. FISCHER.

RECTOR. STEPHANEL. DESIGNATVS,

CVM.

PRORECTORE. ET. COLLEGIS.



HALBERSTADII. MDCCLXXXIII.